

## OVIDI TRISTIVM III.10



Ovidius Tomīs, in Getārum terrā, exul dē hieme Rōmānīs – sī quis Rōmae adhūc eius meminīt –nārrāre vult. Nārrat dē nive quae numquam dissolvitur, deinde ad Getās trānsit quōrum vestīmenta ac capillōs glaciē tēctōs et sonantēs dēscribit. Neque nātūram praeterit: mare glaciē cōsistere dīcit neque terram frūgēs ferre.

Sīquis adhūc istīc meminīt Nāsōnis adēptī,

ēt superest sine mē nōmen in ūrbe meum,

suppositum stēllīs numquam tangentibus aequor

4 mē sciat in mediā vīvere barbariā. [...]

siquis=si aliquis istīc =Rōmae  
ad-imo -emi -ēptum ↔ do 1

aequor -oris *n*=mare sub-pono  
*stellae numquam tanqunt aequor*: tam procul in parte  
Septentrionali O. est

in *terrā* barbariā

### [de nive ventisque]

13 Nix iacet, et iactam nē sol pluviaeque resolvant,  
indūrat Boreās perpetuamque facit.

15 Ergō ubi dēlicuit nōndum prior, altera venit,

et solet in multīs bīma manēre locīs;

tantaque commōtī vīs est Aquilōnis, ut altās

pluvia -ae *f*=imber  
resolvo (nivem, gelu): dissolvo, aquam fieri facio  
Boreās, ae m: ventus septentrionalis  
indūro 1: dūrum reddere

delicuit < deliquesco=dissolvor

*nix* delicut.. venit.. solet bima manere  
bimus: qui est duōrum annōrum

**commōtus**: **permotus**, **incertus**  
Aquila, Aquilōnis m=Boreas

aequet humō turrēs tēctaque rapta ferat.

### [de Getārum cultū victūque]

Pellibus et sūtīs arcent mala frīgora brācīs,

20 ōraque dē tōtō corpore sōla patent.

Saepe sonant mōti glaciē pendente capillī,

et nitet inductō candida barba gelū;

nūdaque cōsistunt, fōrmam servantia testae,

vīna, nec hausta merī, sed data frusta bibunt.

### [de aquis fragilibus]

25 Quid loquar, ut vīnctī concrēscant frīgore rīvī,

dēque lacū fragilēs effodiantur aquae?

Ipse, papyriferō quī nōn angustior amne

miscētur vastō multa per ōra fretō,

caeruleōs ventīs laticēs dūrantibus, Hister

30 congelat et tēctīs in mare serpit aquīs;

quāque ratēs ierant, pedibus nunc ītur, et undās

frīgore concrētās ungula pulsat equī;

perque novōs pontēs, subter lābentibus undīs,

dūcunt Sarmaticī barbara plaustra bovēs.

### [de mari glaciē tectō]

35 Vix equidem crēdar, sed, cum sint praemia falsi

nūlla, ratam dēbet testis habēre fidem.

Vīdimus ingentem glaciē consistere pontum,

lūbricaque inmōtās testa premēbat aquās.

Nec vīdisse sat est. Dūrum calcāvimus aequor,


40 undaque non ūdō sub pede summa fuit.

aequare: aequum facere +Dat.



*pellis, is f* arceo 2=prohibeo  
sutus < suo, sui, sūtum 3

ōra=facies < os, oris n



*bracae, arum f*




*femina suit*

niteo 2 < nitor ✨ induco=induo  
gelu, gelūs n=glacies  
*testa, ae f*: quidquid tectum  
durum, cortex

*merum*: vinum aquae non  
mixtum, quod bābari bibunt  
*haustus*: qui haurītur  
*frustum*: pars secata



*testa vini*



*frusta panis*

conresco -crevi -cretum:  
durior fio

fodio 3: terram eruo *aquae fragiles*=glacies  
*annis papyrifera*: Nilus

fretum=mare

latex, icis m=liquor, liquidis f

con-gelo 1 tectus < tego

quāque *viā*

ungulum, i n



subter=sub unda: parvus fluctus

plaustrum, i n



rata fides: fides immōta

pontus=mare

lubricus: in quō labi facile est, e.g. glacies

calcare: pedem inferre

udus=humidus



Si tibi tāle fretum quondam, Leandre, fuisset,  
nōn foret angustae mors tua crīmen aquae.

Tum neque sē pandī possunt delphīnēs in aurās  
tollere; cōnantēs dūra coērcet hiems;

45 et quamvīs Boreās iactātīs īnsonet ālīs,  
flūctus in obsessō gurgite nūllus erit;  
inclūsaeque gelū stābunt in marmore puppēs,  
nec poterit rigidās findere rēmus aquās.

Vīdimus in glaciē piscēs haerēre ligātōs,

50 sed pars ex illīs tum quoque vīva fuit. [...]

### [de terrā incultā nudāque]

71 Nōn hīc pampineā dulcis latet ūva sub umbrā,  
nec cumulant altōs fervida musta lacūs.

Pōma negat regiō, nec habēret Acontius, in quō  
scrīberet hīc dominae verba legenda suae.

75 Aspicerēs nūdōs sine fronde, sine arbore, campōs:  
heu loca fēlicī nōn adeunda virō!

Ergō tam lātē pateat cum maximus orbis,  
haec est in poenam terra reperta meam.

*summa unda*=undae summa pars

*Leander* qui singulis noctibus Hellespontem  
transiit amīcam petītūrus unā nocte in mari  
mergitur

pandus, a, um = qui formam arcūs habet

coerceo 2 < arceo: vī prohibeo

quamvis=quamquam

obsessus < obsideo: exercitū inclusum teneo

gurgo, itis m  
puppēs=naves



findo=scindo

ligatus < ligo=vincire, e.g. in catenas

pampineus < pampinus, i m

cumulo 1=congero, coacervo  
mustum, i n: vinum novum

*Acontius* amore Cydippēs captus pomum ei iecit, in  
quō "per Dianae templum iuro se Acontio nuptum  
iri" inscriptum erat



frons, frondis f: folia viridia

*quamquam* tam late patet orbis